UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

bere liberos, seu descendentes sanguinis. Posset ēt attentari, ꝙ uoluerit intelligere de liberis, & sic de descendētibus, quos habere potuit ciuiliter, & nō naturaliter, mediāte adoptione, seu arrogatione, ut colligitur ex uerbis Barto. in d. l. hæredibus. in fin. iūcto c. in præsentia. de probatio. ubi probatur ecclesiā haberi pro filio ciuiliter, & id sensit et Alexan. in apostil. in d. l. hæredibus. & ego plenè examinaui in d. c. in præsentia. quò me remitto. Et stātibus præmissis, constat dictum dominum Hieronymum, quantū est pro asserta parte sua, non posse ratione renunciationis obtinere restitutionem in integrum, cum ex illa nō possit dicit læsus, ex quo nullum in re illa ius habere dicitur, & ideò renunciatio ipsi præiudicare, uel nocere non potuit argumento c. 1. de in integrum restitutio. cum ibi not. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *In possessorio recuperandæ agenti non obstat titulus etiam cum bona fide.*

2 *Petitio hereditatis quòd non detur contra titulo possidentem siue cū bona, siue cū mala fide, quomodo intelligatur, & nu. 3. & 4.*

3 *Et qualis titulus sufficiat ad excludendum agentem petitione hæreditatis.*

5 *Possessorium cum petitorio etiam post sententiam latam potest cumulari, quādo per rescriptum superioris id est concessū; & quid si in rescripto sint apposita verba, vt iuris est, nu. 14.*

6 *Et an in causa appellationis cumulari valeat, & n. 11. 12. & 16.*

7 *Et an post conclusum in causa, & post sententiam in petitorio latā vnquam possit cumulari, & nu. 9. & 17.*

8 *Possessorium etiam adipiscendę, & recuperandæ non potest post conclusum in causa super petitorio cum petitorio cumulari.*

10 *Petitio hereditatis dicitur remedium petitorium, & non possessorium, quamuis in eo petatur etiam aduersarium cogi ad restituendum rem, quam possidet.*

12 *Possessorium cum petitorio in causis beneficialibus post sententiā in causa appellationis, an, & quando cumuletur.*

13 *Iudex appellationis interpositę super cā petitorij, si est inferior papa, & principe, nō est idoneus iudex super possessorio, quod postea in causa appellationis cum petitorio cumularetur.*

14 *Verba rescripti, vt iuris est, & iustitiam faciat, quid operentur, & numero 15.*

17 *Possessorium posse cum petitorio ex iuxta causa cumulari etiam post conclusum in causa, & post sententiam latam, quomodo sit verum, & quæ sit iusta causa.*

18 *Et an iusta causa huius cumulationis sit fauor pupillorum.*

19 *Exempla licet non restringant, sciunt tamen, vt dissimilia sub dicto generali non comprehendantur.*

20 *Pupilli quando dicantur personę miserabiles, & illis vt talibus subueniatur.*

21 *Pupillis, & his similibus non est ita fauendum, vt alijs iniustitiæ fiat.*

EPITOME.

Petitione hæreditatis agentem ex titulo rei conuenti etiam cum mala fide habito excludi, & possessorium etiam in causa pupillorum post conclusum in causa, & post sententiam latam nō potuisse in causa appellationis cū petitorio cumulare, hic habetur.

CONSILIVM LXXIIII.

POst consilium iā editum super hac causa, data mihi fuerunt noua dubia, Primū, an titulus emptionis, super quo Petrus Sābus reus conuentus se fundat, sit iustus titulus ad excludendum agentem. Secundum est an in causa appellationis possessoriū possit cum petitorio, cumulari. prout uidetur permissū ex rescripto superioris, & in libello nouiter ꝑ patrē aduersam in causa appellationis producto petitū fuit. ¶ Quoad primū uidetur de iure concludendū, ꝙ reus non possi-
1 dicto titulo emptionis adiuuare, quoniā † cum in iudicio possessorii recuperandæ, reus, qui possidet ab aduersario, sed à tertio, à quo emit, titulo habito à tertio, non iuuatur, quin ad restitutionem rem cum fructibus cogi ualeat, nā huiusmodi iudium possessorii recuperandæ datur, & cōpetit eum, qui possidet etiam cū bona fide, & iusto, ut uolunt docto. in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. & in c. reintegrāda. 3. q. 1. & in c. cum ad sedem. stit. spol. & absque dubio datur contra eum, qui cum titulo, & cum mala fide possidet, ut quia res ex aliquo iusto titulo cum scientia reialis uenerit iuxta tex. cum ibi not. in c. sæpe. de rest. Sed in casu nostro hic emit rem cum scientia
2 næ, ergo titulus iste ei non prodest, quin ad rem rei cogi possit. Nec obstat id, † quod habet 2. C. de pet. hæred. in fin. ultimæ glosæ. ubi petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem cum bona, siue cum mala fide possideat, quia debet intelligi, quando conuentus petitione hereditatis habuit titulum ab hærede agente, siue à defuncto nam tunc possessor hæredem agentem possessorio excludit, argumento eorum, quę uoluit Bart. & cōiter sequuntur in l. fin. C. de edict. diui adr. Et sic concluditur, titulū emptionis huiusmodi
5 su nostro non esse iustum, nec ualidū titulum excludendū agentem, & tanto magis, ex quo constat Petrum emptorē reum conuentū esse cum malę fidei possessore. Quibus tamē non obstantibus concludendū in hoc casu esse arbitror, ꝙ titulus emptionis sit iustus, & ualidus ad excludendum agentem chiorem, seu eius agentes, & ꝑ suppono, uel saltem filio prius edito satis clarè demōstratū fuit, ꝙ parte Melchioris fuit intentatū iudicium petitionis hereditatis, & nō aliud remedium, ueluti cumulatum medio concludendi, de quo in primo libello proposito in prima instantia, ut in dicto consilio etiam instante infertur, illud remedium petitionis hereditatis non potuisse moueri, nec intentari contra eum Petrum Sambū, qui rem emit à quodā, de quo in
3 cessu, nam † petitio hæreditatis non datur cōtra illo possidentē, siue possideat rem particularem hereditatis cum bona fide, siue scienter, & cum mala fide uoluit glo. & ibi doct. cōiter in d. l. 2. C. de petit. & in l. ēt. §. si quis sciens. ibiq; Bar. ff. eod. tit. & hereditatem. C. in quib. cau. cess. longi tēpo. praescr. glo. & doct. & sufficit, ꝙ titulus in se sit iustus, & ordinatus ad trāsferendū ius in re alienam. Bal. in l. cogi. col. pen. C. de petit. hęred. & Card. d. §. si quis sciēs. & quamuis diceretur in iudicio prescribendum, respectu malę fidei emptoris rei alienam scienter, & cum uitio emisset, tamen diceretur iustus titulus quoad excludendum agentem petitione hæreditatis ad illam rem particularem ex iuribus ꝑallegatis, nisi ille titulus esset inualidus, pro non titulo haberetur, ut quia rem post motam controuersiam emisset, ad tradita per glo. Bal. et alios d. l. 2. uel quia esset titulus à iure reprobatus, ut ab eo prohibitus esset, iuxta l. nec ullam. §. omnibus. de petit. hæred. cum seq. Nec ex eo, quod quis ab alio ter à prædone, et uitioso possessore emisset, ideo diceretur inualidus, nec iniustus, nec diceretur titulus pro non titulo, imò huiusmodi titulus diceretur sciens ad excludendū agentē petitione hæreditatis colligitur ex glo. in d. l. 2. in fin. uer. & ex gl. in d. l. ullam. §. omnibus. in uers. sciens, quæ dicit, ꝙ licet habeat titulum, magis debet attendi titulus inuasio, & ideò rōne illius tituli ipse poterit agere contra eū petitione hæreditatis excludere. ¶ Et

apparet responsum omnibus supra in cōtrariū addu
ctis, dum dicebatur, quòd agenti possessorio recupe
randæ non obstat titulus etiā cū bona fide, & minus
cum mala fide per ea, quæ habentur in d.l. rem, quæ
nobis cū aliis supra allega. quia illa procedūt in pos-
sessorio recuperandæ, & reintegrādæ possessionis,
nōautē in petitione hæreditatis, in quo iudicio ob-
stat titulus etiā cum mala fide habitus, ut ex prædi-
ctis patet, & dixi in priori consilio. Nec uerum est,
quòd dictū glo. in d.l.2.& in d.l.nec ullam.§. omni-
bus cū simil. procedat in eo, qui haberet titulū à de-
functo, siue ab eius hærede, immò procedit, locumq;
habet in eo, qui habuisset rē, cū titulo ab alio etiā in-
iusto possessore etiā scienter, & cū mala fide, & sic ab
alio, quā ab eo, qui haberet ius dandi, & transferendi
ius, ut colligitur ex glosis supra alleg. quas doct. com
muniter sequuntur quæ uolūt quòd titulus habitus
cū mala fide excludat agentē petitione hæreditatis,
& sic loquuntur de eo, qui habuisset titulū ab alio,
quàm ab hærede, uel defuncto, quoniā à defuncto,
uel eius hærede nō dicitur res cū mala fide haberi, ut
clarū est in se, & colligitur ex iis, quæ uolūt Bar. & alij
in d.l.fi.C.de edic.diui adr.toll. Et hæc quoad primū
dubiū sufficiant. ¶ Circa secūdū uideretur prima frō
te dicendū, quòd possessoriū etiā post sententiā latā
potuerit cum petitorio cumulari, quoniam † hoc ex
5 presse fuit à superiore cōcessum per suum rescriptū,
ergo super utroq; simul procedi potuit. c.2.c.cū dile
ctus. de cau. pos. & propr. & habetur per Bar. in l. natu
raliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. pos. Vnde cū p
rescriptū superioris hoc mādatū fuerit, forma rescrip
6 ti est obseruanda. c.cū dilecta. de rescript. Præterea †
quamuis post cōclusum in causa possessoriū neque-
at cū petitorio cumulari, ut sup utroq;, uel super pos
sessorio tantum procedi possit iuxta c.pastoralis. de
cau. pos. & prop. & per Bar. in d. §. nihil cōmune. in
1.cōbinatio. tamē quando lata esset sentētia, & ab ea
fuisset appellatū, posset in causa appellationis posses
soriū cū petitorio cumulari, quoniā per appellatio-
nē diceretur suspensus effectus cōclusionis causæ, &
ita posset intelligi tex. in cle. 1. de cau. pos. & propri.
secundū. Anto. in d.c.pastoralis. Tertio † quam-
uis post cōclusum in causa possessoriū nequeat cū pe
titorio cumulari per tex. in d.cle.unica. de cau. pos. &
prop. & in d.c.pastoralis. tamē si ex iusta causa aliter
iudex, & superiori uisum fuerit, cumulatio etiā post
cōclusum in causa admittitur, ut est tex. in d.c.pasto
ralis. ubi casus. Sed hoc in casu nostro fuit uisum su
periori, qui per suū rescriptū id cōmisit exiusta cau
sa, uidelicet fauore pupilli, & ex aliis causis in rescri-
pto expressis, ergo &c. ¶ Cæterū his nō obstantibus,
prout reuera nō obstāt, contrariū est cōcludendum,
quod in hac tertia instantia, in qua cognosci debet
de causa appellationis interpositę p parte dicti Mel-
chiorris nō possit de nouo possessoriū cū petitorio cu
mulari, in primis, quia obstat regula iuris tàm cano-
8 nici, quàm ciuili, † quòd postquā fuit cōclusū in cau
sa super petitorio, non potest possessorium etiā adi-
piscendæ seu recuperandæ, & minus retinendæ cu-
mulari, sed super solo petitorio est usq; ad finem pro
cedendum. d.c. pastoralis. & habetur p Bar. in d.§. ni
hil cōe. in 1. combi. sed in casu nostro fuit cōclusum
in causa nō solū semel, sed & bis, uidelicet in prima
instātia, & in secunda instātia primæ appellationis,
ergo cumulatio possessori, & petitorii amplius ad-
9 mitti nō potest. Posset † tamē post conclusumin cau
sa, & post sētentiā in petitorio possessoriū cumulari
extinctiuē refectis expensis, quoniā posset agens pe
titorio intētato quādocunq; renunciare, refectis ex
pensis litis. l. post quā liti. cū ibi not. C. de pact. c. cau
sam. de do. & contu. gl. in d. cle. uni. & ibi Car. Io. de
Imol. & alii, ac etiā doc. in d.c.pastoralis. & auth. qui
semel cū ibi not. C. quomo. & quādo iud. Et aduertē
dū est, quòd in casu nostro, ueluti in alio cōsilio pro-
baui, intentatū fuit remediū petitionis hæreditatis,
10 † quod dicitur esse petitorium, & non possessorium,
quoniā ī illo principaliter agitur per uiā actionis pe-
tendo quē declarari esse hæredē, qd idē est, ac si pe-
teretur declarari esse dominū, quiā heres idem est,
qd dominus ut Insti. de hær. qual. & dif. in §. fi. ī con-
sequētiā uerò, & secundario, siue successiuè nō per
uiam actionis, sed implorando officiū iudicis agens
potest petere aduersarium cogi ad restituendā rem,
quā possidet l. regulariter. cū l. seq. ibiq; Pau. Cas. &
oēs ff. de pet. hær. Itē huiusmodi actio dicitur in rē,
& in personā l. si bonæ fidei, & ibi glo. eod. tit. Bar. in
l. hereditatis. & ibi Bald. & in l.2.C.eo.ti. & dicit Pau.
Cas. in l. hereditas in prin. ff. eo. quòd si mortuus sit
aliquis, qui nihil habeat in bonis, possum tamē pete-
re eius hæreditatē, & sic iure actionis declarari me es
se hæredē: quare cōcluditur, petitionē hereditatis es-
se remediū petitoriū, & nō possessorium, ergo illud
post cōclusum in causa nō poterit cū possessorio cu-
11 mulari per prędicta. ¶ Secundo facit, † quoniā licet
aliquo casu post conclusū ea possit cumulari
possessorium adipiscendę, uel recuperādę cū petito-
rio, ut habetur in d.c.pastoralis. & ibi doct. & Bar. in
d.§. nihil cōmune in 1. cōbin. tamē nullo casu huius
modi cumulatio admittitur post sententiā in causa
appellatiōis, & tāto magis, si bis fuisset appellatū an-
te, quàm huiusmodi cumulatio fieret, seu fieri petere
12 tur, † nisi essemus in causis beneficialibus ad sedem
apostolicā deuolutis per appellationē factā ad Papā,
tūc. n. iure speciali hæc cumulatio admittitur, ut est
tex. & ibi glo. Card. Io. de Imo. & docto. cōiter. in d.
cle. unica: & ratio est, quia, ut declarat Bar. in d.§. ni-
hil cōe, cumulatio magis admittitur in spiritualibus, & beneficialibus, quàm in pphanis, ergo in aliis
causis, in quibus nō fuisset appellatū ad papā, sed ad
inferiorē, secus esset, nā si hoc est speciale in illis, ut
in d.cle. & uoluit Abb. in d. c. pastoralis. in fi. 10. col.
aliis igitur est aliter dicendū arg l. ius singulare. ff. de
13 legib. & † dicit Abb. in d.c.pastoralis. in 10. col. quòd
inchoando nouā instantiam super possessorio in cau
sa appellationis, & producendo nouū libellū, in quo
super utroq; procedi petitū fuerit, iudex appellatio-
nis, & ad quē fuit appellatū, si erat inferior Papa, non
dicitur esse iudex idoneus, cū appellatio solū dedu-
xerit, & deuoluerit ad iudicē ad quē negotiū, super
quo fuit appellatū, & sic causam cognitā coràm iudi
ce à quo, & nō aliā, quoniā iudex ad quē sucedit in lo
cum prioris iudicis respectu causæ per illum cognitæ
c. ut debitus. de app. & c. pastoralis. de offi. ord. ¶ Et se
quendo hanc conclusionē, quā in terminis nostris ar
bitror esse ueriorem, nō obstant adducta supra in cō-
trarium, & primo, cp concessum fuerit per rescriptū
superioris posse super utroq; procedi. Quia respōde
tur hoc non fuisse simpliciter cōcessum, sed ut iuris
14 est, ueluti cōstat ex forma rescripti, † per quæ uerba
res ad dispositionē iuris cōis reducitur, ut possit sup
petitorio, & possessorio simul procedi, & sic cumula-
tio admittatur, si & prout de iure cōi fieri potest, arg.
c. causam. quæ de rescrip. & arg. eius, quod dicitur de
admissione appellationis, seu alterius actus, quā fa-
cit iudex p illa uerba, admitto, inquātū de iure sit ad-
mittendū, quæ operantur, ut habeatur pro admisso,
si erat de iure cōi admittendū, alioquin contra, ut ha
betur in c. constitutus. de appella. Bal. in l. edita. C. de
eden. Barto. in l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. & fa
ciunt ea, quæ habentur per Rom. in rub. de arbitris. in

15 in uersi. decimoquinto. Præterea † ultra illa uerba ut iuris est, adiecta fuerunt in rescripto ea uerba & iustitiã faciat, quę operãtur, ut possit sup utroq; ꝓcedi, prout de iure procedi potest, nam illa uerba iustiã faciat operãtur, ut fiat id, quod iuris est, Bal. in c. cũ uenissẽt. in ul. col. de test. Itẽ operãtur, ꝙ procedatur sẽcũdum iuris ordinẽ, & ueritate cõperta fiat id, quod iuris est secundũ Angel. in aut. de hęre. & falcid. in §. exhæredatos. Sed de iure post cõclusum in causa, & post sententiã in causa appellationis possessoriũ non potest cũ petitorio cumulari, ut supra dictũ fuit, ergo per rescriptũ cõcessum nõ intelligitur permissa hæc cumulatio, nisi prout de iure, & quatenus de iure cõceditur, & ex quo in casu nostro de iure sup utroq; procedi nõ potest, intẽtio superioris nõ fuit, ut posset super utroq; procedi. ¶ Nõ obstat, ꝙ hęc cumulatio fieri possit in causa appellationis d. cle. unica. quia
16 respondeo † hoc uerũ esse in causis beneficialibus, in qbus esset appellatũ ad Papã, & ita loquitur tex. in d. cle. ibiq; gl. Car. Imol. & cõmuniter alii, & Abb. in d. c. pastoralis. sed hoc nõ procedit in aliis causis, in qui bus esset ad inferiorẽ appellatũ, ut supra dixi. ¶ Non obstat ultimũ, ꝙ post cõclusum in causa ex iusta causa, prout iudici uidebitur, potest possessoriũ cũ petito rio cumulari. d. c. pastoralis. & ibi omnes, quia respon
17 detur primo, ꝙ † hoc in casu potest hæc cumulatio fieri dũmodo fiat ante sententiam, ut in d. c. pastoralis. sed post sentẽtiã ĩ causa appellationis fieri nõ potest, nisi in causis beneficialibus deuolutis ad sedẽ apostolicã ꝑ appellationẽ interpositã ad Papã ꝑ iã dicta, sed in casu nostro fuit appellatũ ad inferiorẽ, & nõ ad Papã, & nõ sumus in beneficialibus, ergo &c. Secundo respõdeo, ꝙ iudex potest ex iusta causa admittere, ut etiã post cõclusũ in causa simul sup petitorio, & possessorio ꝓcedatur, nõ simpliciter ex quacũq; causa, q̃ ipsi iudici iusta uideat, sed ita demũ, si subsit iusta causa per quam appareat, quòd ex malitia aduersarii, uel aliquo casu, ꝓbationes super dñio fuerint pereptæ, & subtractæ, nã eo casu ꝑ difficultatẽ ꝓbationẽ iudex post cõclusum in causa potest admittere, ut etiã super possessorio ꝓcedatur, ita intelligatur tex. in d. c. pastoralis. & hoc mõ intelligũt Inno. Hostien. & Ioã. And. ibi, exẽplificãdo, ut facit Ioan. And. & Abb. inquit ita hoc intelligi cõmuniter à doctoribus in d. c. pastoralis. sed in casu nostro superior q̃ per suũ rescriptũ cõmisit posse super utroq; ꝓcedi, motus fuit nõ ex causa difficilis probationis, neq; ex eo, ꝙ per aduersariũ, seu casũ probationes fuerint subtractæ, sed ex aliis causis
18 in rescripto cõtentis, ergo &c. ¶ Nec † ex eo, ꝙ agẽs sit pupillus, & causa pupillorũ sit fauorabilis iuxta tex. in l. unica. C. quãdo imper. inter pupil. dicit iusta causa cumulãdi post cõclusũ in causa possessoriũ cũ petitorio, hoc n. iure cautũ nõ reperitur, & ideò quod nõ dixit lex, nec canon, nec nos dicamus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de aequir. hæredit. Immò ex quo hoc permittitur in casu, quo probationes essent subtractæ, ut §. & hæc solũ à iure iusta causa iudicatur, ꝓpter quã iudex, & superior potest huiusmodi cumulationẽ admittere. d. c. pastoralis. ibiq̃ doc. cõmuniter, sequitur, ꝙ alia dissimilis causa nõ diceretur iusta
19 causa. Et † quãuis exempla dictũ generale nõ restringãt, faciunt tamẽ, ut dissimilia sub eo nõ cõprehendantur, ad tradita per Ioan. de Imo. in l. si quis cũ aliter. in 2. col. ff. de uer. ob. per Bar. in l. 1. in 7. col. C. de sac. sanc. eccle. & melius in l. sed si. §. quæsitũ. ff. si quis cautio. & est bonus tex. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de uino, oleo, triticoq; leg. c. sedes. de rescrip. & cle. nõ potest.
20 de procurat. Præterea † pupilli dicũtur esse miserabiles personæ, & tũc eis ut miserabilibus est subueniendũ magis, quã aliis, quãdo sunt impotentes, & pauperes, & nõ habẽt defensores, ut uoluit Pau. de C. in rub. C. quado imper. inter pupil. & uidetur sic gl. in c. ex tenore. per illũ tex. & in c. ex parte. de compet. quòd tũc in iudiciis per ecclesiasticũ subuenitur pupillis, & aliis miserabilibus personis cũ agitur de iniuria, seu uiolẽtia ipsis illata, & ꝛc. nus tex. in c. super. in fi. de uerb. sig. sed in casu nõ agitur de iniuria, nec de uiolẽtia Melchiorio illata, ergo ex eo, ꝙ sit pupillus, nõ debet iudex superior admittere, ut post cõclusũ ĩ causa, immo sẽtentiã in causa appellationis ĩterposita ad Papa possessoriũ cũ petitorio cumulari possit?
21 las iuris, & ĩ damnũ rei cõuẽti, qa † sic nõ est de pupillis, & aliis huiusmodi, utcęteris iniustitiis. c. ex tenore. & c. nuper. de dona. ĩter uir. & uxo. quoad resolutionẽ dubiorũ supra, ꝓpositorũ ꝛc.

S V M M Æ.

1 *Em phyteosis etiam ecclesiastica ratione utilis dominii dicitur se in, & de bonis conductoris, & emphyteotæ.*
2 *Et qũ dicatur qd hæreditariũ, & de bonis hæreditatis &c.*
3 *Causa eadẽ à diuersis iudicibus non debet cognosci, sed coram quo prius indecisa pendebat, est remittenda.*
4 *Diuersi iudices super eadem causa impetrari non possunt, cunda impetratio non ualet, parte opponente.*
5 *Delegatus apostolicus non põt ab alio, nec à legato de cognitione eãdem sibi delegatæ impedari, & quo diceretur.*
6 *Iurisdictio delegata quando iurisdictioni ordinariæ &c.*
7 *Delegatus quoad causam sibi delegatam dicitur ordinarius, & superior, & ei ordinarius pro exequutione obedire tenetur.*
8 *Possessionis causa quo respectu cõionem habeat cum proprietate.*
9 *Interdictum retinendæ super quibus intentetur, & quomodo eo narretur, & concludatur.*
10 *Possessorium retinendæ, & petitorium simul cumulari possunt, & quomodo tunc sit procedendum, etiam si petatur super utroq; simul procedi, secus in possessorio adipiscendæ, & recuperandæ. & nu. 13. & 15.*
11 *Possessorium retinendæ datur solum possessori pro possessione tenenda.*
12 *Petitorium datur non possidenti ratione dominij.*
14 *Sententia super non petitis ferri non debet.*
16 *Possessio sufficiens ad obtinẽdũ in possessorio retinẽdã ex unico actu, & recẽti, & dũmodo sit prior, & nõ clandestina, vel ꝑcaria ab aduersario, sufficit, licet esset iniusta, & &c.*
17 *Possessio in feudis absque alia inuestitura in filium suum eadem continuatur.*
18 *Et quid in emphyteosi, & nu. 19.*
20 *Colonus possessionẽ dñi interuertere. & eũ illa priuare.*
21 *Quid, si ab alio rem cõducat, & ei mercedem, & &c.*
22 *Et quid, si rem alteri tradat.*
23 *Possessio qũo hæredi defuncti absque apprehẽsione &c.*
24 *Iudicium contra minorem factum quando sit nullum, &c. aliquis vt procurator minoris comparuerit.*
25 *Promittens de rato pro minore quando teneatur facere illum ratificare. Et quid si aliquid simpliciter absque promissione nomine minoris fecisset.*
26 *Tutor nõ potest nomine pupilli ratificare, seu illi ratificare, &c. rizare in eo, quod ab ipso tutore gestum esset.*
27 *Tutor, non facto inuentario, & non præstita satisdatione, non potest se administrationi tutelæ ingerere.*
28 *Nominatio illius cuius nomine possidetur, in iudiciis possessorio locum habet, & prodest.*
29 *Carcerati promissio, & obligatio, an & quãdo valeat, &c.*

EPITOME.

Lite, & causa pendente super hæreditate, domis alicuius ac super possessione bonorum illi citur atiam lis uerti, & pendere super re emphyteotica, eiusque possessione, quæ in bonis illius esset, quam aliquid hæreditarium. Possessionis, & proprietati bonorum causam si papa alicui delegat, non p